

Aduertencias para

ter promulgata respectu quorūdā, & respectu aliorū nō sit satis proposita. Tertio sequit
posse accidere, quod lex sit sufficienter pro-
mulgata, & quod aliquis ignoret eam, vel qā
non adhibuit diligentiam, l. ex ignorantia in-
culpabili. Sequit vltimo, quod licet ego scia
evidenter sanctiones Regias esse Matriti pro-
mulgatas, nō teneor, donec fiat promulgatio
per ciuitates & oppida, sicut habet consuetu-
do. Et idē iudicium est de lege, quę reuocat
privilegia. Et adducit exemplum, dicēs. Nā
si ego scio Matriti esse legem promulgatam,
vel Bullam, quę reuocet privilegium de ouis
comedendis, & de Confessore eligēdo; si ego
Salmanticę habito, possum vti antiquis pri-
uilegiis, donec sit promulgata mihi per Ciui-
tates, aut oppida, etiam parua, sicut habet cō-
suetudo. Hæc ille. Quæ verba maximē no-
randa sunt, nam ex eis deducitur primo, pri-
uilegium Adriani. 6. & alia in favorem con-
uersione Infidelium, Indorum & manutentio-
nis in fide, non esse abrogata [quando de eo
rum abrogatione non constat, quæ non ex-
tat] sed etiam in vtroq; foro permanere in-
tacta, vt pater, verbo, Baptizare. verbo, Infि-
delium conuersio, & verbo, Privilegia. Et

con